est ruina illius magna;

CUOS AUTEM IMPLESSIT

omnia uerba sua in duri-
bus plebis. Intrauit ca-
pharnaum centurionis
autem. Cuiusdam seruus
male habens erat mori-
turus qui illi erat prae-
tiosus. & cum audisset
de ihu misit ad eum se-
nioris iudaeorum ro-
gans eum ut ueniret
& saluaret seruum eius.
At illi conuenissent ad
ihm rogabant eum sollici-
te dicentes. & qui adig-
nus est in hoc illi prae-
tes. Diligit enim gentem
nostram & sinagogam

ipse aedificabit nobis;
 Ihs autem ibat cum illis &
 cum iam non longe esset
 ad domo. misit ad eum cen-
 turio amicus dicens;
 Domine noli uicari non enim
 dignus sum ut sub tectum
 meum intres. Propter
 quod tu & ipsum non sum
 dignus arbitratus ut ueni-
 rem ad te. sed dic uerbum
 & sanabitur puer meus
 Nam & ego homo sum
 sub potestate consti-
 tutus habens sub me
 milites. & dico huic uade
 & uadit & uenit alio ueni-
 & uenit & seruo meo
 hoc fac & facit;
 Quo audito Ihs. miratus
 est. & conuersus sequen-
 tibus ^{securbis} dixit. Amen dico
 uobis. nec in israhel
 tantam fidem inueni;
 & reuersi qui missi
 fuerant domum inue-
 nenerunt seruum qui
 languebat sanum;

[XVII] ET FACTUM EST
 deinceps. ibat in ciuita-
 tem. que uocatur nain

& ibant cum illo discipu-
 li eius & turba copiosa;
 Cum autem adpropinqua-
 r& porte ciuitatis. & ecce
 defunctus efferebatur
 filius unicus matris sue
 & haec uidua erat. & tur-
 ba ciuitatis multa cum illa
 Quam cum uidisset & dominus
 misericordia motus super
 ea. dixit illi. nolis flere.
 & accessit & tetigit lo-
 culum. hi autem qui por-
 tabant. steterunt;
 & ait ad uiscenti. tibi
 dico. surge. & resedit
 qui erat mortuus & coe-
 pit loqui. & dedit illum
 matri suae; accepit
 autem omnes timor &
 magnificabant dominum di-
 centes. quia propheta
 magnus insurrexit in
 nobis. & quoad uisitabit
 plebem suam. & sicut hic
 sermo in uniuersa iudea
 de eo & omnem circa
 regionem;

ET NUNTIAUERUNT
 iohanni. discipuli eius
 de omnibus his. & con-

uocauit duos de discipulis
 suis iohannis. & misit ad
 dñm. dicens. Tu es qui uentu-
 rus es. an alium & specta-
 mus. Cum autem uenissent
 ad eum. uiri dixerunt;
 Iohannis baptista misit
 nos ad te. dicens. Tu es
 qui uenturus es. an aliū
 expectamus. ipsa autem
 hora curauit multos
 a languoribus & plagis
 & spiritibus malis. & ce-
 cis multis donauit uisum.
 Et respondens dixit illis
 euntes nuntiate iohan-
 ni. que uidistis & audis-
 tis. quia cecī uident.
 claudi ambulant. lepro-
 si mundantur. surdi. au-
 diunt. mortui resurgunt
 pauperes euangelizan-
 tur. & beatus est qui cū
 que non fuerit scanda-
 lizatus in me. & cum
 discessissent nuntii ioh-
 annis. Coepit dicere
 de iohanne ad turbas;
 Quid & istis in desertum

L. xxv
 in ciii

uidere harundinem uen-
 to moueri. Sed quid &
 istis uidere hominem
 mollibus uestimentis in-
 dutum. Ecce qui in ueste
 praetiosa sunt in domi-
 bus regum sunt;
 Sed quid & istis uidere pro-
 phetam. utique dico
 uobis & plusquam prophe-
 tam. hic est de quo scrip-
 tum est. Ecce mitto an-
 gelum meum ante faciem
 tuam qui praeparauit
 uiam tuam ante te;
 Dico enim uobis. maior
 inter natus mulierum
 propheta iohanne bap-
 tista nemo est. Qui autē
 minor est in regno dī
 maior est illo. & omnes
 populus audiens. & pu-
 plicani. iustificauerunt
 dñm. baptizati bap-
 tismo iohannis. pharisaei
 autem & legis periti con-
 silium dī. spreuerunt
 in sem & ipsi non bap-
 tizati ab eo. Cui ergo.

l. lxxviii
m. c. lxxviii

similes dicam. homines
generationes huius & cui
similes sunt. Similes sunt
pueris sedentibus in foro
& loquentibus adinuicem
& dicentibus. Cantauimus
uobis tibis & non saltastis;
Lamortauimus & non plo
rastis. Uenit enim iohan
nis baptista. neque man
ducans; ^{panem} neque bibens uinum
& dicitis daemonium habet
Venit filius hominis; bibens
uinum amicus publica
norum & peccatorum
& iustificata est sapien
tia. ab omnibus filius suis;

XVIII
l. lxxviii
m. c. lxxviii
m. c. lxxviii
l. lxxviii

ROGABAT AUTEM ILLUON
quidam de phariseis ut
manducaret cum illo;
Et in gressus in domo pha
risei discubuit. & ecce
mulier que erat in ciui
tate. peccatrix ut cog
nouit quod occubuit
in domum pharisei. at
tulit alabastrum un
guenti. & stans retro
secus pedes eius lacri

mis coepit rigare pedes
eius. & capillis capitis sui
tergebat. & osculaba
tur pedes eius & unguento
unguebat. Uidens autem
phariseus qui uocauerat
eum. ait intra se. dicens
hic si esset propheta. sci
ret utique. quae. & qualis
est mulier que tangit eum
quia peccatrix est. & res
pondens ih̄s. dixit ad illu.
Simon habes tibi aliquid
dicere. at ille ait. magis
ter die. Duo debitores
erant. Cui dam fenerato
ri. unus debebat denarios
quingentos. alius quinqu
aginta. non habentibus illis
unde redderint. donauit
utrisque. quis ergo eum
plus diligit. Respondens
simon dixit. aestimo. quia
his cui plus donauit. at
ille dixit ei. recte iudicas
ti. & conuersus ad mulie
rem dixit simoni. uides
hanc mulierem intraui in
domum tuam aqua pedibus

meis non dedisti. haec
autem lacrimis rigauit
pedes meos & capillis suis
tersit. Osculum mihi non
dedisti. haec autem ex
quo intrauit non cessa-
uit osculare pedes meos
Oleo caput meum non unx-
isti. haec autem unguento
unxit pedes meos. prop-
ter quod dico tibi remit-
tuntur ei peccata multa
quoniam dilxit multum.

Cui autem minus dimittitur
minus diligit. Dixit autem
ad illam remittuntur
tibi peccata. & coeperunt
qui simul discumbebant
dicere intra se. Quis est
hic qui & iam peccata
demitit. Dixit autem
ad mulierem fide seruata
saluam fecit uade in pace.

XX **ET FACTUM EST DE**
inceps. & ipse iter facie-
bat per ciuitatem & cas-
tellum praedicans & euan-
gelizans regnum dei.
Et duodecim cum illo

& mulieris aliquae quae
erant curate ab spiritibus
malignis & infirmitatibus
Maria quae uocatur
magdalena de qua de-
monia septem & ierant.
Et iohanna uxor chuza
procuratoris herodis
Et susanna & aliae multae
quae ministrabant eis
de facultatibus suis.
Cum autem turba pluri-
ma conuenisset & deci-
uitatibus. properauit
ad eum. Dixit per simi-
litudinem. Exiit qui se-
minat seminare semini-
suum. & dum seminat
aliud cecidit secus uiam
& conculcatum est &
uolucres caeli comede-
runt illud. & aliud
cecidit supra petram
& natum aruit quia non
habebat humorem.
Et aliud cecidit inter
spinas & simul & ortu
spinae suffocauerunt illud
Et aliud cecidit in terram

bonam & ortum fecit
 fructum centuplum. ⁊
 haec dicens clamabat qui
 habet aures audiendi
 audiat. Interrogabant
 autem eum discipuli que
 esset haec parabula. ⁊
 quibus ipse dixit. Uobis da
 tum est nosse mysterium
 regni dei. Ceteris autem in
 parabolis. ut uidentes non
 uideant & audientes non
 intellegant. Est autem
 haec parabula. sonus est
 uerbum dei. Qui autem se
 cus uiam. hi sunt qui au
 diunt de inde uenit diabu
 bulus & tollit uerbum de
 corde eorum ne credentes
 salui fiant. Nam qui su
 pra petram. hi sunt qui
 ⁊ audierunt cum gaudio sus
 cipunt uerbum & iura
 dices non habent. quia
 ad tempus credunt & in
 tempore temptationis
 recedunt. Quod autem
 in spinis cecidit. hi sunt
 qui audierunt & asolli

lxxxvii
 m cxxxiii
 m cxxxvii
 lxxxviii

lxxxviii
 m cxxxv
 m cxxxviii

lxxxviii
 m cxxxvii
 m cxxxviii

lxxx
 m cxxxi
 m cxxxi

lxxxxi
 m cxxxii

lxxxvii
 m cxxx
 m cxxxv

itudinibus & diuitiis &
 uoluptatibus uitae eunt
 suffugantur & non refe
 runt fructum. Quod autem
 in bonam terram. hi sunt
 qui in corde bonum & op
 timo audientes uerbum
 retinent & fructum ad
 ferunt in pacientiam. ⁊
 Nemo autem lucernam ac
 cendens operit eam uase
 aut subtus lectum ponit
 sed supra candelabrum
 ponit ut intrantes uide
 ant lucem. Non est enim
 occultum. quod non mani
 festetur. nec absconditum
 quod non cognoscatur. ⁊
 in palam uenit. ⁊
 Videte ergo quomodo
 audites. qui enim habet
 dabitur illi. & qui cumq;
 non habet & iam quod
 putat se habere auferet
 tur ab illo. Uenerunt
 autem ad illum mater
 & fratres eius & non po
 tuerunt adire ad eum
 praeter turba. & nuntiatum

est illi. mater tua & fratres tui stant foris uolentes te uideri. Qui respondens dixit ad eos. Mater mea & fratres mei. hi sunt qui uerbum dei audiunt & faciunt;

lxxi

lxxxiii
m lxxviii
m xlvi

FACTUM EST AUTEM in una dierum & ipse ascendit in nauiculam & discipuli eius. & ait ad illos trans fretum usque trans stagnum & ascenderunt. Nauigantibus autem illis obdormiuit. Et discendit pro cella uenti in stagnum & complebantur & periclitabantur; Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes. praeceptor perimus. at ille surgens increpauit uentum & tempestatem aquae & cessauit. & facta est tranquillitas. Dixit autem illis. ubi est fides uestra. qui timoribus mirati sunt dicentes

ad inuicem. Quis putas hic est. quia & uentis imperat & mari. & oboediunt ei.

lxxxii **ET NAUIGauerunt**

autem ad regionem geras senorum que est contra galileam. & cum egressus esset ad terram occurrit illi uir quidam qui habebat daemonium iam temporibus multis. & uestimento non induebatur neque in domo manebat sed in monumentis. is ut uidit ihum pro cecidit ante illum & ex clamans uocem magna dixit. Quid mihi & tibi est ihu filii altissimi. Obsecrote neme torquas. praecipiebat enim spiritui immundo ut exiret de homine. multis enim temporis arripiebat illum & uinciebatur catenis & conpedibus custoditus & ruptis uinculis agebatur ad domum in deserto. Interrogauit

autem illum ih̄s dicens.
 Quod tibi nomen est. at
 illi dixerunt. legio. quia
 intrauerunt daemona
 multa in eum. & roga
 bant illum ne imperaret
 illis. ut in abisum irent.
 Erat autem ibi grex por
 corum multum pascentis
 in monte rogabant eum
 ut permitteret eos in
 illos ingredi. & permisit
 illos. & ierunt ergo dae
 monia ab homine & in
 traerunt in porcos.
 Et impetu abiit grex
 per praecipit in stagnum
 & suffogatus est. quod
 ut uiderunt factum
 qui pascebant fugerunt
 & nuntiauerunt in ciui
 tatem & in uillis. Exie
 runt autem uidere quod
 factum est & uenerunt
 ad ih̄m. & in uenerunt ho
 minem sedentem a quo
 daemona & ierant
 uestitum ac sandalente
 ad pedes ih̄u & timuerunt

l. lxxxi
 m. xlvi

xxiii

Nuntiauerunt autem illis
 & qui uiderant quomodo
 sanus factus esset a legione
 & rogauerunt illum om̄s
 multitudo regionis ge
 rassenorum ut discede
 ret ab ipsis quia timore
 magno tenebantur.

Ipse autem ascendens nauem
 reuersus est. & roga
 bat illum uir a quo dae
 monia & ierunt ut cum eo
 esset. Dimisit autem eum
 ih̄s dicens. redi in domum
 tuam & narra quanta ibi
 fecisti. & abiit per uni
 uersam ciuitatem prae
 dicans quanta illi fecisset ih̄s.

FACTUM EST AUTEM
 cum redisset ih̄s & cepit
 illum turba. Erant enim
 omnes expectantes eum
 Et ecce uir uenit cui no
 men iarus & ipse prin
 ceps synagogae erat
 & cecidit ad pedes ih̄u
 Rogans eum ut intraret
 in domum eius quia filia
 unica erat illi fore

luc

annorum XII & haec mo-
 riebatur. & contigit
 dum ir& aturba conprae-
 mibatur. & mulier que-
 dam erat in fluxu sangui-
 nis annis XII quae in me-
 dicis erogauerat omnē
 substantiam suam nec
 ab illo potuit curari.
 Accessit retro & teti-
 git fimbriam uesti-
 menti eius. & confestim
 stetit fluxu sangui-
 nis eius. & ait ih̄s. quis
 est qui me tetigit. ne-
 gantibus autē omnib;
 Dixit petrus. & qui cū
 illo erant. praecceptor
 turbe te conpraemunt
 & adfligunt & di eis quis
 me tetigit. & dixit ih̄s
 tetigit me aliquis nam
 ego noui uirtutem de me
 exisse. Uidens ^{autē} mulier
 quia non latuit tremens
 uenit & procidit ante
 pedes eius & obquam
 causam tetigerat eum
 indicauit coram omni

populo. & quem ad mo-
 dum confestim sanata sit.
 & ipse dixit illi. filia fi-
 destua te saluam fecit.
 uade in pace. Adhuc illo
 loquente uenit quidam
 ad principem synagoge
 dicens ei quia mortua ē
 filia tua noli uexare
 illum. ih̄s autē audito
 hoc uerbo. respondit
 patri puella noli timere
 crede tantum &
 salua erit. & cum
 uenisset domum
 non permisit quemquā
 introire secum. nisi pe-
 trum & iohannem & ia-
 cobum. & patrem & ma-
 trem puella. flebant
 autē omnes & plan-
 gebant illam. at ille
 dixit. nolite flere
 Non est enim mortua
 sed dormit. & deride-
 bant eum. scientes quia
 mortua esset. ipse autē
 tenens manum eius cla-
 mauit dicens. puella

dicare regnum di & sanare infirmos & ait ad illos.

Seco

Surge. & reuersus est
sp̄s eius & surrexit con
tinuo. & iussit dare man
ducare illi. & obstipue
runt parentes eius qui
bus praecepit ne cui
dicerent quod factum
erat. **Conuocatis**
autem duodecim apos
tolis dedit illis uirtutē
& potestatem sup omnia
& ut languoris
curarent;

Et misit illos prae
nihil tuleritis in uia.

neque uirgam. neque
peram. neque panem
neque pecuniam neque
duas tunicas habetis.

Et in quacumque domū
intraueritis ibi manete
& inde ne exiatis.

Et quicumque non re
ceperit ex euntibus de
ciuitate illa. & iam
pulerem pedem uest
rorum & cutite inter

timonium. supra illos
E. grossi autem circū
bant per castella euan
gelizantes & curantes
ubique. **Audiuit autē**
herodes tetharca om
nia que fiebant ab eo.

Et hesitabat eo quod
diceretur. a quibusda
quia iohannis surrexi
amortuis. a quibusdam
uero quia helias ap
paruit. ab alijs autem
quia propheta unus de
antiquis surrexit;

Et ait herodes. iohannē
ego decollauī quis autē
est iste de quo audio
ego talia & querebat
uidere eum;

Et reuersi sunt apos
toli. & narrauerunt
illi. quecumque fece
runt. & adsumptis
illis. secessit seorsum
in locum desertum
qui est bethsaida.

lxxxviii
m lvi

xxv
lxxc
m cxlii
m lvi

xxiii
lxxxvi
m lxxxviii
m xxxviii
ii

lxxxvii
m lxxxiii
m lvi
ii

lxxxi
m lxxi

lxxxviii
m lxxxv
m lv
ii

lxxxi
m cxlii
m lxxiii

Quodcum cognouissent
 turbe secuti sunt illum
 & excoepit illos & loque-
 batur illis de regno di.
 & eos qui cura indige-
 bant sanabat; Dies autē
 cooperat declinare. &
 ecce accedentes discipu-
 li dixerunt illi. Dimit-
 te turbas. ut euntes in
 castella. uillasque que
 circa sunt diuertente
 inueniant escas quia
 hic in loco deserto sumus
 At autem ad illos. uos date
 illis manducare. at illi
 dixerunt non sunt nobis
 plusquam quinque panes
 & duo pisces nisi forte
 nos eamus & emamus in
 omnem hanc turbam es-
 cas. Erant autē uiri
 fere quinque milia
 At autem ad discipulos
 suos. facite illos discum-
 bere per conuiuia quin-
 qua genos. & ita fecerunt

Acceptis autem quinque
 panibus & duobus pisei-
 bus respexit in celum
 & benedixit illis & fre-
 git & distribuit discipu-
 lis suis ut ponerint ante
 turbas & manducaue-
 runt omnes & satura-
 ti sunt; & sublatum est
 quod super fuit illis
 fragmentorum coffi-
 m duodeci.

ET factum est cum
 solus esset orans. erant
 cum illo & discipuli.
 & interrogauit illos.
 dicens. quem medicunt
 esse turbe. at illi res-
 ponderunt. & dixerunt
 Alii iohannem baptistam
 Alii autem heliam. Alii
 qui propheta unus ex
 prioribus surrexit;
 Dixit autē illis. uos
 autem quem ^ē medicatis
 Respondens simon pe-
 trus. dixit xpm di. at
 ille increpans illos. prae-

cepit nec uiderint. hoc
 dicens. Quia oportet fili
 lum hominis multa pati
 & reprobari a senioribus
 & principibus sacerdo
 tum & scribis & occidi
 & tertia die resurgere.
 Dicebat autem ad omnes.
 Siquis uult post me ue
 nire. abneget semetipsum
 & tollat crucem suam
 cotidie & sequatur me.
 Qui enim uoluerit animam
 suam saluam facere per
 dat illam; Nam qui per
 dederit animam suam
 propter me saluam fa
 ciat illam; Quid enim
 profecit homini si lucre
 tur uniuersum mundum
 se autem ipsum perdat;
 & detrimentum sui fa
 ciat. Nam qui me erubu
 erit. & meos sermones
 hunc filius hominis eru
 bescit. cum uenerit in
 maiestate sua & patris

*l. xxvii
 m. c. lxxvii*

XXVII

& sanctorum angelorum;
 Dico autem uobis. uere
 sunt aliqui hic stantium
 qui non gustabunt mor
 tem donec uideant reg
 num dei. **FACTUM EST**
 autem. post haec uerba
 feredies octo. & adsump
 sit petrum & iohannem
 & iacobum & ascendit
 in montem ut oraret;
 Et factum est. ut oraret
 species uultus eius alte
 ra. & uestitus eius albus
 refulgens. & ecce duo
 uiri loquebantur cum
 illo. Erant autem moyses
 & elias. uisi in maiestate
 & dicebant excessum eius
 quem completurus erat
 in hierusalem; petrus
 uero & qui cum illo gra
 uati erant somno & eu
 gilantes uiderunt
 maiestatem eius. & duos
 uiros qui stabant cum illo
 Et factum est cum disce

derent ab illo. ait pe-
 trus ad ihm. praecep-
 tor bonum est nobis
 hic esse. faciamus tria
 tabernacula. unum
 tibi. & unum moysi. &
 unum heliae. nesciens
 quid diceret. haec autē
 illo loquentē facta est
 nubes & obumbravit eos
 & timuerunt. Intran-
 tibus illis in nubē
 uox facta est de nube
 dicens. hic est filius
 meus dilectus ipsum
 audite. & dum fieret
 uox inuentus est ihesus solus
 & ipsi tacuerunt & nemi-
 ni dixerunt in illis die-
 bus quid quam ex his
 que uiderant; factum
 est autem in sequenti
 die discendentibus illis
 de monte occurrit illis
 turba multa. & ecce uir
 de turba exclamauit
 dicens; magister ob

l. c.
m. lxxv

l. c.
m. lxxvi
m. xxiii

secrote respice in filium
 meum quia unicus est
 mihi. & ecce sps ad prae-
 hendit illum & subito
 clamabat & elidit & dis-
 sipat eum cum spuma
 & uix discedit dilaneans
 eum. & rogauit discipu-
 los tuos ut eiecerint illū
 & non potuerunt. Respon-
 dens autem ihesus dixit;
 O generatio infidelis &
 peruersa. usquequo
 ero apud uos & patiar
 uos. adduc huc filium
 tuum. & cum accederit
 elisit illum daemōnū
 & dissipauit. & incre-
 pauit ihesus spm̄ immundū
 & sanauit puerum & red-
 dedit illum patri eius;
 Stupebant autem omnes
 in magnitudine. Omnibus
 quem mirantibus in omnibus
 quae faciebat. Dixit ad
 discipulos suos. ponete
 uos in cordibus uestris

Sed

sermone istos. filius enim homi-
nis futurum est ut tradatur
in manus hominum. et
illi ignorabant uerbum
istud. & erat uelatum
ante eos ut non senti-
rent illud. & timebant
interrogare eum de hoc
uermo. Intrauit autē
cogitatio in eos quis eo-
rum maior esset. et
Ihs uidens cogitationis
cordis illorum. adprae-
hendens puerum statuit
eum secus se. & ait illis
Quicumque susceperit
puerum istum in nomine
meo merecepit. & qui-
cumque merecepit. re-
cepit eum qui memisit.
Nam qui minor est inter
omnes uos hic maior est.
Respondens autem iohan-
nis dixit. Praeceptor
Uidimus quendam in no-
mine tuo eiicientem **XXVIII**
daemona & prohibui

mus eum. quia non sequi-
tur nobiscum. & ait ad
eum Ihs. nolite prohibere.
Qui enim non est aduersus
uos prouobis est.

FACTUM EST AUT EM
cum complerentur dies
ad sumptionis eius. &
ipse faciem suam fir-
mauit ut ireretur iherusalem
& misit nuntios ante con-
spectum suum & euntes
intrauerunt in ciuitatem
samaritanorum ut pa-
rarent illi & non rece-
perunt eum quia fa-
cies ei erat euntes ihe-
rusalem. Cum audis-
sent autem discipuli eius
iacobus & iohannis dix-
erunt. Domine uis dicimus
ut ignis discendat de caelo
& consumat illos. & con-
uersus increpauit illos
& abierunt in aliud
castellum. **FACTUM EST**
autē ambulanti bus illis

in uia. dixit quidam ad
illum. Sequar te quocum
que ieris. & ait illi ih̄s.
Uulper foueas habent
& uolucres caeli nidos
filius autem hominis non
habet. ubi caput reclinet
Ait autem ad alterum;
Sequereme. ille autē dixit
Dñe permitte mihi pri
mum ire & sepelire pa
trem meum. dixit que ei
ih̄s. sine ut mortui sepe
liant mortuos suos. Tu
autem uade adnuntiare
regnum dī. & alter ait.
Sequar te dñe. sed pri
mum per-mitte mihi re
nuntiare his quae domi
sunt; ait illi ih̄s. Ne
mittens manum suam
in aratrum & aspiciens
retro. aptus est regi dī.

POSTEA autem de
signauit dñs & alios
lxxii. & misit illos bi
nos ante faciem suam

in omnem ciuitatem & lo
cum quo erat ipse uen
turus. & dicebat illis
messis quidem multa ope
rari autem pauci. Roga
te ergo dñm messis ut
mittat operarios in mes
sem suam. Ite ecce ego
mitto uos sicut agnos
inter lupos. Nolite
portare sacculum. ne
que peram. neque cal
tamenta. & neminem
per uiam salutaueritis.
In quacumque domum in
traueritis primum di
cite. pax huic domui.
Et si ibi fuerit filius pa
cis requiescit super illā
pax uestra. Sin autem
ad uos reuertatur;
In eadem autem domum
manete edentes & bi
bentes que apud illos
sunt. Dignus est enim
operarius mercede sua
Nolite transire de domo

L. cxiii
solus

Indomum; & Inquacum
que ciuitate intraueritis
& susceperint uos mandu-
cate que apponuntur uo-
bis. & curate infirmos.
qui in illa sunt. & dicite
illis adpropinquauit in
uos regnum dⁱ. Inqua-
cumque ciuitate intra-
ueritis & non receperint
uos. & euntes in plateas
eius dicite. & iam pulue-
rem qui adhesit nobis
de ciuitate uestra in pe-
dibus nostris. & tergi-
mus in uos. Tamen hoc
scitote quia adpropin-
quauit regnum dⁱ;

Dico uobis. quia sodo-
mis in die illa remissus
erit quam illi ciuitati.

L. cxv
m^clviii

Vae tibi corazain. Vae
tibi. bethsaida. quia
si in tyro & sidone fac-
tae fuissent uirtutes.
que in uobis factae sunt
olim in iudicio & cinere

sedentes peniterent.

Verumtamen tyro & sidon
remissus erit in iudicio.
quam uobis. & tu caphar-
naum usque in celum &
altata usque in infernum
demerges. Qui uos au-
dit me audit. & qui sper-
nit uos me spernit. Qui
autem me spernit. sper-
nit eum qui meminit;

L. cxvii
m^cxcviii
m^cxcvi
io lxxL. cxvii
solus

REUERSISUNT AUTEM

Lxxii. Cum gaudio dicentes
D^one & iam demonia subi-
ciuntur nobis in nomine
tuo. & ait illis. uidebam
satanan. sicut fulgor
de caelo cadentem. Ecce
dedi uobis. potestatem
calcandi super serpen-
tes & scorpiones & su-
pra omnem uirtutem
inimici. & nihil uos noce-
bit. Verumtamen in hoc
nolite gaudere quia sp^s
uobis subiciuntur.
Gaudete autem quod

nomina uestra scripta sunt
 in caelis; In ipsa hora ex
 ultavit in spiritu sancto & dixit
 Confitebor tibi pater
 domine caeli & terrae quod
 abscondisti haec a sapi
 entibus & prudentibus
 & reuelasti ea paruolis
 & iam pater quia sic
 placuit ante te: Omnia
 mihi tradita sunt a patre
 meo. & nemo scit quis sit
 filius nisi pater. & qui
 sit pater nisi filius. &
 cum uoluerit filius reue
 lare; & conuersus ad
 discipulos suos dixit;
 Beati oculi qui uident
 que uidetis. Dico enim
 uobis. quod multi pro
 phetae & reges uolue
 runt uidere que uos
 uidetis. & non uiderunt
 & audire que auditis
 & non audierunt;
ET ecce quidam
 legis peritus surrexit

temptans illum. & dicens
 Magister quid faciendo
 uitam aeternam posse
 debo. at ille dixit ad eum.
 Intellege quid scriptum
 est. quomodo legis. ille
 respondens dixit. Dili
 ges dominum deum tuum & toto
 corde tuo & tota ani
 matua & omnibus uiri
 bustuis. & omne more
 tua & proximum tuum
 sicut te ipsum. Dixitq;
 illi. recte respondisti
 hoc fac & uiues;
 Ille autem uolens. iustifi
 care se ipsum. dixit ad
 ihm. & quis est meus proxi
 mus. Suscipiens autem
 ihesus dixit. homo quidam
 discendebat ab hieru
 salem in hiericho. & in
 cidit in latrones qui
 & iam despoliauerunt
 illum & plagis inpositis
 abierunt semi uiuo
 relicto. Accedit autem

lxxviii
lxx

lxxxii

ut sacerdos quidam dis-
 cenderit eadem uia. & uiso
 illo praeteriit. Simili-
 ter & leuita cum esset se-
 cus locum & uidisset eum
 pertransiit. Samarita-
 nus autem quidam iter
 faciens. uenit secus eum
 & uidens eum misericor-
 dia motus est & ad pro-
 prias alligauit uulne-
 ra eius in fundens oleum
 & uinum & inponens illud
 in iumentum suum; Duxit
 in stabulum & curam
 eius egit. & altera die
 protulit duos denarios
 & dedit stabulario &
 ait. Curam illius habe
 Et quodcumque super-
 erogaueris ego cum
 rediero reddam tibi.
 Quis horum trium uide-
 tur tibi proximus fuis-
 set ille qui incidit in la-
 trones. at ille dixit.
 Qui fecit misericordiam

in illo. & ait illi ih̄s. uade
 & tu fac similiter;

XXXIII **F**ACTUM EST AUTEM DU-

IR & ipse intrauit in
 quodam castellum. &
 mulier quaedam martha
 nomine excepit illum
 in domum suam. & huic
 erat soror nomine maria

7 Que & iam sedens secus
 pedes dñi audiebat
 uerbum illius. Martha

3 autem Circa fre-
 quens ministerium que-
 stetit & ait. Dñe non est
 tibi cure quod soror mea
 reliquit me sola minis-
 trare. Dic ergo illi ut
 me adiuuit. & respon-
 dens dixit illi dñs. mar-
 tha. martha. sollicita
 es. & turbaris circa
 plurima. porro unum
 est necessarium. ma-
 ria optimam partem
 elegit que non auferre-
 tur ab ea.



ET FACTUO EST CUM
 esset in loco quodam
 orans. ut cessa uit. Dixit
 unus ex discipulis eius ad
 eum. Domine docenot orare
 sicut & iohannis docuit
 discipulos suos. & ait
 illis. Cum oratis dicite
 Pater scifice tur nomi
 tuum. adueniat regnu
 tuum. panem nostrum
 cottidianum. Da nobis
 cotidie. & dimitte no
 bis peccata nostra.
 Siquidem & ipsi dimit
 timus omnidebenti nobis
 & nos inducas in temp
 tionem. & ait ad illos
 Quis uestrum habebit
 amicum. & ibit ad illu
 media nocte & dicit
 illi. Amice. Como
 da mihi tres panes.
 quoniam amicus meus ue
 nit ad me. & non habeo
 quod ponam ante illum
 Et ille de intus respon
 dens. Dicat. Noli mihi
 molestus esse. iam os
 tuum clausum est & pu

eri mecum sunt incubile
 Non possum surgere & dare
 tibi. & ille si per se uera
 uerit pulsans. dico uobis.
 & si non dabit illi. surgens
 eo quod amicus sit. prop
 ter improbitatem ta
 men eius surgit & dabit
 illi. quod quod habet ne
 cessarium. Et ego uobis
 dico. petite & dabitur
 uobis. querite & inue
 nitis. pulsate & aperie
 tur uobis. Omnis enim
 qui petit accipit & qui
 querit inuenit. & pul
 santi aperietur.
 Quis autem ex uobis pa
 trem petit panem. num
 quid lapidem dabit illi
 aut si pisces. numquid
 pro pisce serpentem
 dabit illi. aut si petie
 rit ouum numquid
 porreget illi scorpio
 nem. Si ergo uos cu
 sitis mali. nostis bona
 dare filiis uestris.
 Quanto magis pater
 uester de caelo dabit

LXXXV
m. lxx.

LXXXVI

LXXXVII
solus

XXV.
 LXXXVI
 M.CXVIII
 spm bonum petentibusse.
ET ERAT EICIENS DAE
 monium & illud erat mutū
 & cum eiecisset & demoniū
 locutus est mutus. & ad
 mirate sunt turbae.

LXXXVII
 M.CXXI
 M.CXXII
 Quidam autem & eis dix
 erunt in belzebub prin
 cipe. demoniorum eiecit
 demonia. & alii temptan
 tes. signum de caelo quere
 bant ab eo. Ipse autem

LXXXVIII
 M.CXXVII

LXXXIX
 M.CXXXI
 M.CXXXII

ut uidit cogitationes eorū
 dixit eis. Omne regnum
 in seipsum diuisum deso
 labitur. & domus supra
 domum cadet. Si autem
 & satanas in seipsum diui
 sus est. quomodo stabit
 regnum ipsius. Quia dicitur
 in belzebub. eiecit e me
 demonia. Si autem Ego
 in belzebub. eicio dae
 monia. filii uestri in quo
 eiciunt. Ideo iudices
 uestri. ipsi erunt. Por
 ro. Si in digito di eicio
 demonia. profectus
 praeuenit in uobis reg
 num di. Cum fortis

XXVI
 LXXXI
 solus

LXXXII
 M.CXXXIII

armatus custodit atriu
 suum in pace sunt ea que
 possidet. Si autem for
 tior illo super uenit.
 & uicerit eum uniuersa
 arma eius auferunt. In qui
 bus confidebat. & spolia
 eius distribuit. Quia non
 est mecum aduersum est
 & qui non collegit mecum
 dispergit. Cum in mun
 dus sps exierit de homi
 ne. per ambulabat per
 loca in aquosa. querdis
 requiem & non in uerbis.
 Dicit. Reuertar in domu
 meam unde & uiu.
 & cum uenerit inuenit
 scopis mundatam. & tunc
 uadit & adsumit septē
 alius sps nequior esse
 & ingressi habitabunt
 ibi. & sunt nouissima
 hominis illius peiora
 prioribus.
FACTUM EST AUTEM CUM
 haec diceret & tollens
 uocem quaedam mulier
 de turba dixit illi;
 Beatus uentus qui tepor

Luc

tauit & ubique dixisti.
 At ille dixit. Immo. beati
 qui audiunt uerbum dei
 & custodiunt. Turbis
 autem concurrentibus
 coepit dicere. Genera
 tio haec signum querit
 & signum non dabitur
 illi. Nisi signum ionae:
 Nam sicut ionas fuit
 signum niniuetis. Ita et
 filius hominis generatio
 ni isti. Regina austri
 surgit in iudicium cum ui
 ri generationis huius &
 condemnabit illos. quia
 uenit a finibus terrae
 audire sapientiam salo
 monis. & ecce plus salo
 monis hic. uiri niniue
 surgent in iudicio cum
 generatione haec &
 condemnabunt illam
 quia penitentiam ege
 runt. ad praedicationem
 ionae. & ecce plus iona
 hic. Nemo lucernam
 accendit & in absconso
 ponit. neque sub modio
 sed supra candelabrum

lxxxvii
m cccvii

lxxxvii
m cccvii

lxxxvii
lxxxv
m cccvii

lxxxvii
m cccvii
m cccvii

Ut qui ingrediuntur uide
 ant lumen. Lucerna cor
 poris tui est oculus tuus.
 Si oculus tuus fuerit sim
 plix. totum corpus tuum
 lucidum erit. Si autem
 nequam fuerit & iam
 corpus tuum tenebrosum
 erit. Uide ergo ne lumen
 quod intus est tenebresint.
 Si ergo corpus tuum totum
 lucidum fuerit. non ha
 bens aliquam partem
 tenebrarum. Erat luci
 dum totum & sicut lucer
 na fulgoris in luminabit te.
Et cum loqueretur
 rogauit illum quidam
 phariseus ut prande
 ret apud se. & ingressus
 recubuit. phariseus autem
 coepit intrare. reputans
 dicere. quare non bap
 tizatus es & ante prandium.
 Et ait dominus ad eum. nunc
 uos pharisei. quod de
 foris est calicis & catinis
 mundatis. quod autem
 intus est uestrum plenum
 est rapina & iniquitate.

Stulti non nequi fecit
 quod de foris est. & iā
 id quod intus est fecit.
 Uerum tamen quod sup
 est date aelymosinam
 & ecce omnia munda
 sunt uobis. Sed uae
 uobis pharisaei. quia
 decimatis mentam & rutā
 & omne holus. & prae
 teritis iudicium & cari
 tatem dī. haec autem
 oportuit facere. & illa
 non omittere.

lxxxvi
mcccxxiii

lxxxvii
mcccxxiiii
mcccxxv

lxxxviii
mcccxxviii

lxxxviiii
mcccxxviiii

Vae uobis phariseis qui
 diligitis primas cathedras
 in synagogis & salutatio
 nis in foro. Vae uobis
 qui estis ut monumenta
 que non parent. & homi
 nes ambulantes supra
 nesciunt. Respondens
 autem quidam ex legis
 peritis. ait illi. magis
 ter haec dicens. & iam
 nobis contumeliam fa
 cis. at ille ait. & uobis
 legis. peritis. uae uobis
 quia oneratis homines
 oneribus que portare

lxxxi
mcccxxviiii

lxxxi
mcccxxxi

lxxxi
mcccxxxii

non possunt. & ipsi uno
 digito uestro non tan
 gitis sarcinas.
 Vae uobis qui aedificatis
 monumenta propheta
 rum. patres autem uestri
 occiderunt illos. pro
 fecto testificabimini
 Quia consentitis ope
 ribus patrum uestro
 rum. quoniam quidem ipsi
 eos occiderunt. uos
 autem aedificatis eorum
 sepulchra. Propter
 ea & sapientia dī. dix
 erunt ad illos prophe
 tas. & apostolos & ex
 illis occident. & per
 sequentur & inquiratur
 sanguis omnium pro
 phetarum qui effusus
 est a constitutione mundi.
 a generatione ista.
 a sanguine abel. usque
 ad sanguinem zachariae
 qui perit inter altare
 & aedem. Itadico uobis
 requiretur ab hac ge
 neratione.
 Vae uobis legis peritis

quia tulistis clauem scien-
 tiaē. ipsi non intratis &
 eos qui introibant pro-
 hibuistis. Cum haec ad
 illos dicerit. coeperunt
 pharisaei. & legis periti
 grauer insistere & os
 eius. ob praemure demul-
 tis insidiantes. & que-
 rentis capere aliquid
 & ore eius ut accusarēt eū.

lxxliii
solut

MULTIS AUTEM

turbis circum stantibus
 ita ut se inuicem concul-
 carent. coepit dicere
 ad discipulos suos. ad-
 tendete a fermento
 phariseorum que est
 ypocrisis. Nihil autē
 oportum est quod non
 reueletur. neque ab-
 sconditum quod non scia-
 tur. Quoniam quae in tene-
 bris dixistis in lumine
 dicentur. & quod in
 aure locuti estis & in
 cubilibus praedicabi-
 tur in tectis. Dico autē
 uobis amicis meis. ne
 terrae amini ab his

lxxliiii
in lxxliiii
in lxxliiii

lxxlv
in lxxliiii

lxxlvi
in lxxliiii
in lxxliiii

lxxlvii
in lxxliiii
in lxxliiii

qui occidunt corpus. &
 post haec. non habent
 amplius quod faciant
 Ostendam autem uobis
 quem timeatis. time-
 te eum qui postquam oc-
 ciderit habet potes-
 tatem mittere in ge-
 hennam. Ita dico uobis
 hunc timeate. Non ne
 quinque passeris ue-
 niunt de pondio. & unus
 ex illis. non est in obli-
 uione coram dño. Sed
 & capilli capitis uestri
 omnes numerati sunt.
 Nolite ergo timeremul-
 tis passeribus plures
 estis. Dico autem uobis
 Qui cumque confessus
 fuerit in me coram ho-
 minibus. & filius ho-
 minis confitebitur in illo
 coram angelis dñi. Qui
 autem negauerit me
 coram hominibus dene-
 gabitur coram angelis dñi.
 Et omnes qui dicit uer-
 bum in filium hominis
 remittatur illi. Et autē

qui in spm scm blasphema
uerit non remittitur ei.

lxxviii
m lxxviii
m. cxli.

Cum autem inducent uos
in synagogis. & ad magis
tratus. & ad potestates
nolite solliciti esse. qua
liter aut quid respon
deatis. aut quid dicatis
Sp̄s enim sc̄s docebit uos
in ipsa hora que oportet
dicere.

lxxviii
lxxviii
solus

ATTI AUTEM EI QUIDA
de turba. magister
dic fratri meo ut diui
dat mecum hereditate

at ille dixit. **O** homo quis me consti
tuit iudicem aut diui
forem supra uos. Dixit
que ad illos. Videte &
caueate ab omni avari
tia. quia non habun
dantia. Cuiusquam
uita est eius & his que
possedit. Dixit autem
similitudinem ad illos
dicens. Hominis cuius
dam diuitis uberes fruc
tus agerat tulit. & co
gitabat intra se dicens.
Quid faciam quod non

xl
lxxviii

habeo. quod congrega
fructos meos & dixit.
hoc faciam. destruam
horrea mea & maiora
faciam. & illuc congre
gabo omnia que nata sunt
mihi. & bona mea. & dica
anima mee. Anima ha
bes multa bona posita
in annos plurimos re
quiesce comede. bibe.
epulare. Dixit autem
illid̄. stultae hac noc
te anima tua repe
tunt a te. que autem
parasti. cuius erunt.
Sic est qui sibi thesauri
zat & non est in dō diues.

DIXIT AUTEM AD DIS
discipulos suos. Ideo
dico uobis. Nolite solli
citi esse anime uestre
Quid manducetis. neque
corpori quid uestiamini
anima plus est quam
esca. & corpus quam uesti
mentum. Considerate
cor uos quia non seminant
Neque metunt. quibus non
est cellarium neque hor

luc

reum. & dñs pascit illos;
 Quanto magis uos plu
 res estis illis; Quis autē
 uestrum cogitando po
 test adicere ad statu
 ram suam cubitum unū.
 Si ergo neque quod mi
 numum est potestis.
 quid deceteris solliciti
 estis. Considerate lilia
 Quomodo crescunt non
 laborant neque neunt
 Dico autem uobis. nec
 salomon in omni glo
 ria sua uestiebatur
 sicut unum & istis. Si
 autem faenum quod
 hodie in agro est. &
 cras in clibanum mitti
 tur. dñs sic uestit.
 Quanto magis uos pusille
 fidei. & uos nolite que
 rere quid manducetis
 aut quid bibatis & noli
 te in sublimetolli. haec
 enim omnia gentes
 mundi querunt. pater
 autem uester scit. qm̄
 his indigetis. Uerum
 tamen querite regnū dñi

lcl i
solus

lcl ii
m̄ xxi
m̄ c viii

lcl iii
m̄ xlii

lcl iiii
solus

lcl v
m̄ c lxxii

& haec omnia adicientur
 uobis; Nolite timere
 pusillus grex. quia con
 placuit patri uestro.
 dare uobis regnum; Ven
 dite que possidetis &
 date aely. mo sin am.
 facite uobis saculos qui
 non ueterescunt the
 saurum non deficiente
 in caelis. quo fur non
 adpropriet. neque
 tinea corrumpit. ubi
 enim thesaurus uester
 est ibi & cor uestruerit.
 Sint lumbi uestri prae
 cincti & lucerna ar
 dentes in manibus uestris
 & uos similes hominib;
 expectantibus dñm
 suum quando reuer
 tur ad nuptias; ut cum
 uenerit & pulsauerit
 confestim aperiant ei.
 Beati serui illi quos cum
 uenerit dñs in uenerit
 uigilantes. am̄ dico
 uobis. Quod praecin
 git se & facit illos dis
 cumbere. & transiis

ministrauit illis. & si uene-
rit in secunda uigilia. &
si in tertia uigilia uenerit
& ita in uenerit beati sunt
serui illi. Hoc autem sci-
tote quoniam si sciret & patet
familias qua hora fur
uenerit. uigilar & utique
& non sineret per fodiri
domum suam. & uos stote
parati. quia qua hora
non putatis filius homi-
nis uenit. At autem ei
petrus. Domine ad nos dicis
hanc parabolam. an
& omnes. Dixit autem
dominus. Quis putas est fide-
lis dispensator & pru-
dens. quem constituit
dominus super familiam suam
ut det illis in tempore
tritici mensuram;

Beatus ille seruus quem
conuenerit dominus inuenit
ita facientem. Uere
dico uobis. Quia super
omnia qui possident
constituit illum.

Quod si dixerit seruus
ille in corde suo. moram

facit dominus meus uenire.
& coeperit percutere
pueros & ancillas. & ede-
re & bibere & inebriare.

Uenit autem dominus serui
illius in die qua non spe-
rat. & hora qua nescit
& diuidit eum partem
que eius cum infideli-
bus ponit. Ille autem
seruus qui cognouit uo-
luntatem domini sui. & non
preparauit & non fe-
cit secundum uoluntatem
eius. uapolauit multas.

Qui autem non cognouit
& fecit digna plagis
uapolabit paucis.

Omni autem cui multum
datum est multum que-
ritur ab eo; & cui com-
mendauerunt multum
plus petent ab eo;

ALII **IGNEM UENI. MITTERE**
in terram. & quid uolo
nisi ut accendatur
baptisma habeo bap-
tizari. & quomodo
coartor usque dum
perficiatur.

lelyi
mclxxiii
mclv.

lelyi
mclxxii

lelyi
solus

Putatis quia pacem ubi
 dare interram. Non dico
 uobis. sed separationem.
 Erunt & hoc quinque
 in domo una. diuisi in tres
 in duo. & duo in tres diui
 dentur. pater in filium
 & filius in patrem suum
 mater in filia & filia in
 matrem suam. Socrus
 in nurum suam & nurus
 in socrum suam. Dicebat
 autem & ad turbas. cum
 uideritis nubem orientem
 ab occasu. statim dicitis
 Nimbis uenit. & ita fit.

& cum austrum flantem
 uideritis. dicitis quia
 estus erit & si & p poci
 te faciem caeli & terrae
 nostis probare. hoc autem
 tempus. quomodo non pro
 batis. quid autem & a uobis
 ipsis. non iudicatis quod
 iustum est. Cum autem
 uadis cum aduersario tuo
 ad principem in uia da
 operam liberari ab illo.
 Ne forte tradat te ad iu
 dicem. & iudex tradat

xl.ii

te & actori. & actor
 mittat te in carcerem
 Dico tibi non exies inde.
 donec & iam nouissimum
 reddas quadrantem.
Ad erant autem qui
 dam in ipso tempore
 nuntiantes illi de galileis
 quorum sanguinem pila
 tus miscuit cum sacrifici
 eius eorum. & respondens
 dixit illis. putatis quod
 hi galilei praeter omnibus
 galileis peccatores fue
 runt quia talia passi sunt
 Non dico uobis. sed nisi
 penitentiam habueritis
 omnes similiter perietis.
 Sicut illi decem & octo
 supra quos cecidit tur
 ris in siloam & occidit eos.
 Putatis quia & ipsi debi
 tores fuerunt praeter
 omnes homines habitan
 tes in iherusalem.
 Non dico uobis. sed si
 non penitentiam egeri
 tis omnes similiter peri
 bitis. Dicebat autem hanc
 similitudinem. arborem

l. lxxiii. solus

l. lxxvi

feci. habebat quidam
 plantatam in vineam suam
 & uenit querens fructum
 in illa. & non inuenit;
 Dixit autem ad cultorem
 uinae. ecce anni tres sunt
 & quo uenio. querens
 fructum in ficulneam hac
 & non inuenio. Succide
 ergo illam ut quid & iam
 terram occupat; at ille
 respondens. dixit illi;
 Dñe dimitte illam & hoc
 anno usque dum fodiam
 circa illam & mittam
 coffinum stercoreis;
 & si quidem fecerit fruc-
 tum. sin autem in futurum
 succideseam.

XLIII. ERAT AUTEM DOCENS
 in synagogis eorum sabba-
 tis. & ecce mulier qui ha-
 bebat spm infirmitatis
 annis. xviii. & erat in-
 clinata nec omnino po-
 terat sursum respicere.
 Quam cum uiderit ih̄s
 uocauit ad se. & ait illi
 mulier dimissa. es ab
 infirmitate tua.

Et in posuit illum animum &
 confestim erecta est
 & clarificabat dñm; res-
 pondens autem archie-
 sy-nagogus. indignans
 quia sabato cu rassa
 ih̄s dicebat turbis; Sex
 dies sunt in quibus oportet
 operari. In his ergo
 uenite & curamini. &
 non in die sabati.
 Respondit autem ad illū
 dñs & dixit. r̄pochrite
 Unusquisque uestrum
 sabato non soluit bouē
 suam aut asinum a praese-
 pio & ducit ad aqua-
 re; hanc autem filiam
 abrahe quam alligauit
 satanas; ecce decem &
 octo annis non oportuit
 solui a uiculis isto. die sab-
 bati. & cum haec diceret
 erubescabant omnes
 aduersari eius. & om-
 nes populus gaudebat
 in uniuersis quae glorio-
 sae fiebant ab eo;
XLIII. DICEBAT ERGO CUI.
 simile est regnum di-

& cui simili estimabo illum.
 Simile est grano sinapis
 quod acceptum homo
 misit in hortum suum &
 crevit. & factum est in
 arborem magnam. & uolu
 crescaeli requie uerunt
 in ramis eius. & iterum dixi
 cui similem aestimabo reg
 num di. Simile est fermento
 to quod accepto mulier
 abscondit in farinae sa
 ta. tria donec fermenta
 retur totum.

lclxxii
 in lxxv

Lv. **ET** IBAT PER CIUITATES
 & castella docens. & iter
 faciens in hierusalem.

Ait autem illi quidam. Dne
 si pauci sunt. qui saluan
 tur. ipse autem dixit ad
 illos contendite intra
 re per angustam por
 tam quia multi dico uo
 bis querunt intrare &
 non potuerunt.

Cum autem intrauerit
 pater familias & clau
 serit ostium & incipie
 ris foras stare & pulsa
 re ostium dicentes. Dne

aperi nobis. & respon
 dit. dico uobis. nescio
 uos. unde sitis. Tunc in
 cipietis dicere. mandu
 cauimus coram te & bibi
 mus. & in plateis nostris
 docuisti. & dico uobis.
 nescio uos unde sitis. Disce
 dite a me omnes operari
 iniquitatis ibi erit fletus
 & stridor dentium.

Cum uideritis abraham
 & isaac & iacob. & omnes
 prophetas. in regno di
 uos autem expellit foras.
 Et uenient ab oriente &
 occidente & aquilone
 & austro & decumbent in
 regno di. & ecce sunt no
 uissimi qui erant primi &
 sunt primi qui erant nouis
 simi. In ipsa die accesserunt
 quidam pharisaeorum
 dicentes illi. & i. & uade
 hinc. quia herodes uult te.
 & ait illis. ite dicite uulpi
 illi. ecce eicio daemona
 & sanitates. per. cio hodie
 & cras. & tertio die con
 summor uerum tamen

oportet me hodie & cras
& sequenti ambulare quia
non capit proph&am
perire extra hierusalem
hierusalem. hierusalem
quae occidis prophe-
tas & lapidas eos qui
mittuntur ad te. Quo-
tiens uolui congrega-
re filios tuos quemad-
modum auis nidum
suum sub pinnis & no-
luiti. ecce relinqui-
tur uobis domus uestra
deserta; Dico autem
uobis. quia non uidebi-
tis me donec ueniat cu-
dictis benedictus qui
uenit in nomine dñi;

l. c. lxxv.
m. c. xli.

ET FACTUM EST CUM
intravit in domum cui-
usdam principis pha-
riseorum sabbato man-
ducare panem. & ipsi
obseruabant eum;

Et ecce homo quidam
hydropicus erat ante
illum. & respondens
ih̄s dixit ad legis pe-
ritos; & phariseos

xlvi.
l. c. lxxvi.
solus

l. c. lxxvii.
m. c. xvi.
m. xxv.

l. c. lxxviii.
solus

Dicens. Sicut sabbato
curare. at illi tacuerunt.
Ipse uero ad praehen-
sum sanauit eum ac
dimisit. & respondens
ad illos dixit; Cuius
uestrum asinus. aut bos
in puteum cadit & non
continuo extrahit illu-
die sabbati. & non po-
terant ad haec respon-
dere illi. Dicebat
autem & ad inuitatis
parabulam intendens
Quomodo primos accu-
bitos diligere dicis
ad illos. Cum inuitatus
fueris ad nuptias non
discumbas in primo loco.
Ne forte honoratio-
res sit inuitatus ab eo
& ueniens quite & illu-
uocauit dicat tibi.
Da huic locum. & tunc
incipias cum robore
nouissimum locu tenere.
Sed cum uocatus fueris
uade recumbe nouissi-
mo loco. ut cum uenerit
quite inuitauit dicat tibi

Amice. ascende superius
 tunc erit tibi gloria
 cum simul discumbenti
 bus. Quia omnis qui se ex
 altat humiliabitur
 & qui se humiliat exal
 tabitur. Dicebat autē
 & ei qui se inuitauerat
 Cum facis prandium aut
 cenam noli uocare ami
 costuos. neque fratres
 tuos. neque uicinos tuos
 neque diuites. Ne for
 te ipsi te reuident.
 & fiat tibi retributio
 Sed cum facis conuiuium
 uoca pauperes. Debi
 les. clodos. cecos. & bea
 tus eris qui non habent
 unde retribuere & tibi.
 Retribuetur enim tibi
 in resurrectionem
 iustorum. haec cum au
 dissit quidam de simul
 discumbentibus. dixit
 illi. beatus qui mandu
 cabit panem in ragno dī.
 At ipse dixit ei. Homo
 quidam fecit cenam
 magnam. & uocauit

multos. & misit seruum
 suum hora cena dicere
 inuitatis ut uenirent
 qui iam parati sunt omnia
 Et coeperunt omnes si
 mul excusare. Primus
 dixit. uillam emi. & ne
 cesse habeo exire. &
 uidere illam. rogo te
 habeme excusatum.
 Et alter dixit. iugabouem
 emi quinque. & eo pro
 bare illa. rogo te habe
 me excusatum. & alius
 dixit. uxorem duxi; &
 ideo uenire non possum.
 Et reuersus seruus. nun
 tiavit haec domino suo.
 Tunc iratus pater fami
 lias. dixit seruo suo.
 Exiito in plateas ciui
 tatis & uicos & paupe
 ros. ac debiles & cecos
 & clodos introduchuc.
 Et ait seruus. dñe fac
 tum est. ut imperasti.
 Et adhuc locus est. &
 ait dñs seruo. & in
 uias & sepes & conpelle
 intrare ut impleatur
 domus mea.

Dico autem uobis. quod nemo uiuorum illorum qui uocati sunt gustabunt cenam meam;

sedens prius cogitat. Si potest cum decem milibus occurrere ei. qui cum uiginti milibus uenit ad se. alio qui ad huc illo longe a gente legationem mittens. Rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnes ex uobis quia non renuntiauerit omnibus que possedit. non potest meus esse discipulus. bonum est sal. Si autem sal quoque. euauerit in quo condietur. Neque in terram

XLVII
L. c. lxxvii
m. xcvii.

IBANT AUTEM TURBE multae cum eo. ⁊ conuersus. dixit ad illos. Siquis uenit ad me. ⁊ non odit patrem suum ⁊ matrem suam ⁊ uxorem ⁊ filios ⁊ fratres ⁊ sorores.

*l. c. lxxvii
m. xcvii
m. lxxvii*

neq. ista qui linum uti lise

Sed foras mittatur qui habet aures audiendi **XLVIII** audiat. **E**RANT AUTEM ad propinquantes ei publicani ⁊ peccatores ut audirent illum. ⁊ murmurabant pharisaei ⁊ scribae. dicentes. Quia hic peccatores recepit ⁊ manducabat cum illis. ⁊ ait ad illos. parabolam istam dicens. quis ex uobis.

XLVIII
L. c. lxxviii
solus

Adhuc ^{au} animam suam non potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis. uolens turrem aedificare. nonne prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt. Si habet ad perficiendum ne post ea quae posuerit fundamentum. ⁊ non potuerit proficere omnes qui uident incipiant in ludere ei. dicentes. quia hic homo coepit aedificare ⁊ non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem. nonne

Luc

homo qui habet centum
 oves. & si perdidit
 unam & illis. Nonne di-
 mittit nonaginta noue
 in deserto. & uadit ad
 illam que perierat donec
 inueniat illam; & cum in-
 uenerit eam inponit in
 humeros suos gaudens.
 & ueniens domum conuo-
 cat amicos & uicinos di-
 cens illis. Congratula-
 mini mihi quia inueni
 ouem meam que perie-
 rat. Dico uobis. quod
 ita gaudium erit in ce-
 lo. super uno peccato-
 re penitentiam agente
 quam super nonaginta
 nouem iustos qui non
 intelligunt penitentiam;
 Aut quaemulier habens
 dragmas decem si perdi-
 derit dragmam unam.
 Nonne accendit lucer-
 nam & euertit domum
 & querit diligenter
 donec inueniat; & cum
 in uenerit conuocat
 amicas & uicinas dicens.

lxxxviii
in clxxxii

Congra-
 tulamini mihi
 quia inueni dragmam
 quam perdideram. Ita
 dico uobis. gaudium erit
 coram angelis dei. super
 unum peccatorem peni-
 tentiam agentem.

XLVIII **A**it autem homo quidam

habuit duos filios. &
 dixit ad uillem centior
 & illis patri. Pater
 da mihi portionem sub-
 stantiae quae me contin-
 git. & diuisit illi substan-
 tiam. & non post mul-
 tos dies congregatis
 omnibus ad uillem centior
 filius peregre profec-
 tus est in regionem lon-
 ginquam. & ibi dissipa-
 uit substantiam suam
 uiuendo luxuriosae.
 Et postquam omnia
 consummasset. facta
 est famis ualida in re-
 gione illa. & ipse coepit
 egere. & abiit & adhe-
 sit unicum regionis
 illius. & misit illum in
 uillam suam ut pasceret

porcos, & cupiebat imple
 re uentrem suum. de fili
 quis quas porci mandu
 cabant. & nemo illi dabat
 In se autem reuersus dixit.
 Quanta mercedum patris
 mei habundant panibus;
 ego autem hic fame perero
 Surgam & ibo ad patrem
 meum. & dicam illi. pater
 peccaui in celum & coram
 te & iam non sum dignus
 uocari filius tuus. fac
 me sicut unum de mercedi
 narum tuarum. & surgens
 uenit ad patrem suum
 Cum autem adhuc lon
 ge esset. uidit illum
 pater ipsius. & miseri
 cordia motus est. & ad
 currens cecidit supra
 collum eius & osculatus
 est illum. Dixitque
 ei filius. pater peccaui
 in celum. & coram te iam
 non sum dignus uocari
 filius tuus. Dixit autem
 pater ad seruos suos.
 cito profer te stolam
 primam & induite illum

& date anulum in manum
 eius. & calciamenta in
 pedibus eius. & adduci
 te utculum saginatum
 & occidite & manduce
 mus & epulemur. quia
 hic filius meus mortuus
 erat. & reuixit. perie
 rat & inuentus est;
 Et coeperunt epulare.
